

13.3 - collazioni contestate di Benefici, 1485. - 1786. (c. 195.- 197.

**1524. 28. X.bris** (a matita, corregge 1530?)

Potestati et Capit.o Tarvisii

(ottavo fascicolo - carta 195.)

Andreas Gritti Dux Venetiar.m etc. (*verso sinistra*)

Electus fuit jam annis tribus per istud R.dum Capitulum Canonorum D.nus Hieronymus Baduario Nob. Venetiar.m Aloysii filius, et a Nobis habuit litteras possessionis, ut patet ex eis dat.s sub die 28. junii 1527., et usq. in hodiernum diem pacifice, et quiete possedit Canonicatum ipsum, et ejus fructus, et Praebendam, nunc vero quidam D.nus Camillus de Rubeis Parmensis p. se sive p. ejus Procuratorem molestat ipsum D.um Hieronymum. et se poni facere praetendit in possessione praefati Canonicatus de facto p. istud R.dum Cap.lum vigore cujusdam processus fulminati in Rom. Cur. et sine aliqua sui cognitione, ut Nobis praefatus Aloysius Nob. exposuit, quod certe absonum est.

Quamobrem Vobis mandamus, ut eidem D.no Camillo, sive cuiusviscumq. ejus Procuratori praecipi faciatis, ut se absterneant ab omnibus molestationibus, et similiter isti R.do Cap.lo dicatis, ut praefato D.no Camillo, sive ejus Procuratori nullam dent possessionem Canonicatus praedicti, nec aliam inovationem fieri permittat circa eum, verum si ille praetendit uti alio suo jure, coram Dominio N.ro compareat citato ipso D.no Aloysio Baduario nomine ejus filii praefati, quia quantum juris erit unicuique justitia ministrabitur.

Ex simili authentico exemplari, q.d reperitur in processiculo ad Canonicalem Praebendam de Musano nuncupatam in Archivio Cap.lari Eccl.ae Cath.alis Tarvisinae, antescriptum Exemplum desumpsit, at corcordare testatur.

Aloysius Furlanetti Cancll.us Cap.Iris in fidem etc.

### **1786. 24. Marzo. in Pregadi**

Concorre alle Pubbliche Massime, come si desume dalla ora intesa informaz.e della Deputaz. Estraord.a ad pias Causas la Parte presa nel Capitolo de' Canonici della Cattedral di Treviso<sup>1</sup>, e diretti li provvedimenti in essa contenuti a migliorare, senza estranei soccorsi, la Mensa del Decano, Dignità principale del proprio Corpo; l' avvalora il Senato con la sua approvazione, in ogni articolo, e ne commette a chi spetta il registro nei Statuti del Capitolo per la perpetua sua osservanza; salve, quanto al possesso temporale, le Pub.e Leggi nel proposito etc.

Gio: Pietro Lorenzi Seg.io

(- carta 195. tergo)

### **1758. 13. Gen:o<sup>2</sup>**

Sereniss:mo Principe

Con pii sovrani Giudizi di V. S. in Contraditorio con la Curia Vescovile di Treviso, è stato già deffinitivamente terminato, e deciso a favore della Città, e del Capitolo di Treviso, che allo stesso Capitolo spetti liberamente la istituzione, e destinazione de' Benefizi di sua Collazione.

Ora essendo vacante la Prebenda denominata di Prosavio Novello di Laicale istituzione, e con espressa volontà del suo Institutore, che sempre sia conferita dallo stesso Cap.lo, e non tanto p. gi.ta preservazione de' suoi Diritti, che p. la dovuta obbedienza ai precisi venerati comandi di V. S. espressi in più Decreti dell'Ecc.mo Senato, e specialmente in quello di 12. X.bre 1723., avendo egli conferita le Prebenda med.ma al Rev:o D. Antonio Cadena: parte al N. H. il Conte Alvise Maria Can:co Gabrielli, unico dissenziente dall'intiero Cap.lo, non solo di annotare un suo particolare protesto, che non poteva, né può infirmare gli Atti Cap.lari; . . .

<sup>1</sup> (*a lato, in margine sinistro*) 1786. 24. Marzo: approva il Provvedimento per la Prebenda Decanale fatto li 25. Gen.o.

<sup>2</sup> (*come sopra*) Copia - 1758. 22. Ap.le. Collazione della Preb.a di Prosavio Novello spetti sempre al Capitolo.

ma di più appellarsi, (né si sa con qual titolo, o per un suo particolare interesse) dall'atto istesso a MonSig:r Ill:mo, e Rev:mo Vescovo dissalveando in questo modo l'importante materia dal Giudizio di V. S. cui spetta di sua natura, e p. dovuta esecuzione di più Giudizj in questo proposito emanati.

In tale stato di cose non può il Cap.lo, ed assieme la Città divotissima di Treviso, che presentarsi al Trono di V. S. ed umilmente implorare in confronto di detto N. H. Sig:r Co: Alvise Maria Can.co Gabrielli la pubblica protezione, onde resti, non ostante qualunque altro diversivo determinato, e deciso, che la elezione del Sacerdote alla Prebenda Novello, p. Legge precisa della laica sua istituzione aspetti sempre, ed in tutti i Casi al Re.mo Cap.lo; ed in conseguenza non possa sotto verun pretesto contendersi al Re.do Cadena, canonicalmente eletto nella Vacanza succeduta, il possesso temporale della Prebenda stessa, che sarà dalla S:tà V.a clementemente rilasciato. Grazie etc.

1757. 10. Gen.o in Coll.o

Che sia rimessa etc.

f. Piero Barbarigo

f. Alvise Vallaresso

f. Alvise Mocenigo 2:°

f. Piero Priuli

f. Francesco Donà

f. Vettor da Mosto 3.°

1757. 13. Gen.o

D'ordine C. Che sia posta in Canc:ia Ducale, ed intimata alla Parte.

1758. 22. Aprile. in Pregadi

Che in ordine a quanto hanno rappresentato nella ora letta Scrittura i Consultori N.ri in jure sopra il memoriale di Treviso sia relativamente al Decreto 13. Marzo 1655. dato il possesso Temporale al Sacerdote Antonio Cadena . . .

(ottavo fascicolo - carta 196.)

Cadena, Suddito N.ro, il q.le ha presentato le Bolle della sua istituzione al Benefizio vacante detto di Prosavio Novello nella Chiesa Cathedral di Treviso, con risserva a chiunque pretendesse aggravio di poter citar p. revocazione p. essergli come conviene amministrata giustizia.

Antonio Callegari Nod.o D.e

(il resto della pagina è bianco)

**ex Processu A.** Caps. X. c. 10.

(- carta 196. tergo.; il testo occupa centro e margini superiore e desro)

Marcus Barbadico Dei gra. Dux Venetiarum etc.<sup>3</sup> (verso sinistra)

Nob. et Sap. V.o Peratio Maripetro de suo mand.o Pot.i et Capit. Tar. fid. dil. Sal. et dilect.s affectum.

Supplicatum fuit Dominio nostro nomine ven. viri d.ni Pillei de Onigo Decani Capituli Canonicorum istius Cathedralis Eccl.ae ac Vic.o Rev. P. in Xp.o d. E.pi Tarvis. ut dignaremur ei dari facere possessionem cuiusdam Canonicatus ipsius Eccl.ae eidem collati; sicut patet authenticis Litteris antedicti Capituli.

Nos vero qui progredi cupimus tam in hoc, quam in reliquis omnibus, ea gravitate ac maturo consilio quod nostram decet Dignitatem et iustitiam, Suspendere statuimus; volentes et mandantes vobis efficaciter, et expresse, quod Suspendere ac suspendi facere debeatis omnes introitus et proventus tam Canonicatus antedicti, quam reliquorum Beneficiorum collatorum ab antedicto (Cap.lo), quam omnium aliorum quae posthac conferentur: . . .

<sup>3</sup> (a lato, in margine sinistro) 1485. 18. X.bris Beneficiorum a Cap.lo collatorum Possessio suspenditur.

et cuncta sic suspensa tenere, quousque aliud vobis in ea re scripserimus et mandaverimus; faciendo nos subito certiores de receptione huius n.ri mandati, ac executione quam feceritis.

Dat. ae in n.ro Ducal. Palat. die XVIII. Nov. bris Indict. IIII. 1485.

Receptae die XXI. dicti.

**ibi** c. 10. t.o

Marcus Barbadico Dei gra. Dux Venet. etc.<sup>4</sup> (*verso sinistra*)

Nobb. et Sapp. Peratio Maripetro de suo mand.o Pot. et Capit.o Tar. et Successoribus fidel.s dilectis sal. et dilect.e affectum.

Cum Capitibus Consilii nostri X., auditis prius audiendis, deliberavimus, volumus, et vobis mandamus: ut non obstante generali mand.o ante hac per litteras nostras cum consilio nostro X. facto, quod nullus admittatur, nec admitti possit vel debeat ad possessionem alicuius Beneficii Ecclesiastici sine expressa eorundem Capitum Consilii n.ri X. licentia, nec non alio quocumque mandato, quod fortassis videretur contravenire praesenti;mittere debeatis quod ven. d. Pilleus de Vonico dilectus nobilis civis Tarvis. noster permaneat in possessione Canonicatus istic Tarvisii, qui paulo ante vacavit per mortem q. ven. d. Maphei de Mugla, Canonici demortui; ad quem per istud Rev.dum Capitulum Canoniorum fuit cooptatus: et praesentem nostram deliberationem intimare repraesertantibus Capitulum istud.

Has autem ad futurorum memoriam registrari facite, et registratas praesentanti restituite.

Dat. ae in nr.ro Duc. Palatio die X. januarii Indict. IV. 1485.

Peratius Maripetro Pot.s et Capit.s Tarvis.

Licet vobis Magn.co Franc.o a Stella Aromatario in execut.e Litter. Ducalium<sup>5</sup> mandaverimus, ut exigere deberetis, et penes vos (retinere) ad omne regiminis mandatum fructus et proventus Canonicatus olim d.ni d. Maphei de Mugla; tamen, quia illum.o Dominio n.ro cum Capitibus ill.mi Consil. X.m mandat quod Rev. d.ns Decanus remaneat in possessione dicti Canonicatus sibi collati per Rev. d.num Capitulum Canoniorum, ut patet Litteris suis diei X. hodierna die receptis: tenore praesentium mandamus, ne dum vobis, verum etiam omnibus et singulis penes se habentibus de fructibus et redditibus ipsius Canonicatus, quatenus debeatis et debeant dare et respondere ipsi d. Decano dictos fructus et redditus.

In quorum etc.

Tar.ii die XII. jan. 1486.

Hier Cancell. mand.o etc.

(*il resto della pagina è bianco*)

**ex Processu A. pro R. Cap.lo Contra Ill.m et Rev.m Othobonum**

Caps. V. c. 13. t.o (et ex Quatern in Lib. Q. nigro)

in fine c. 30. t.o.

(*ottavo fascicolo - carta 197. solo una nota in margine sinistro*)

Nos Andreas Dandulus (*comincia verso sinistra*) pro ill.mo et Ex.mio Ducali Dominio Venet. Potestas et Capit.s Tarvisii,<sup>6</sup> et ad infrascripta ab eodem Ex.m ducali dominio specialiter delegatus exequi volentes ut tenemur mandata nobis per ante latum Ill:m Dominium, et ejusdem litteras diei 18. instantis Mensis . . .

<sup>4</sup> (*a.lato, in margine sinistro*) 1485. 10. Jan. M. V. Litterae Duc. Consilii X. Canonicatus a Cap.lo Collati possessionem dari mandantes.

<sup>5</sup> (*come sopra*) 1486. 12. jan. executio.

<sup>6</sup> (*come sopra*) 1499. 20. Ap.lis. Sententia Potestatis pro Cap.lo in execut. Ducal. 18. eiusdem Ap.lis.

nobis per R.dum Artium, et Decret.m Doctor.m D. Franciscum novellum Canonicum Tarvisin. Patronum, et juspresentandi habentem Sacerdotem ad Eccl.iam S. Joannis Bap.tae Tarvisii cum pro tempore vacat presentandum;

unde prius visis, et diligenter consideratis litteris ipsis, et commissione n.ra, illorumq. tenore diligenter considerato, visis indultis, et privilegiis a diversis S. Rom. Eccl.ae Pontificibus R.dis Patribus D.nis Decano, et Cap.lo Eccl.iae Tarvisinae concessis, visis quoque Statutis praefatae Eccl.iae Tarvisinae, et praesertim Statuto Apostolico incipiente; “Partes Eccl.iarum”, in Volumine Statutorum praedictorum comprehenso, per quod constat Eccl.iam predictam S. Joannis Bap.tae cum aliis Eccl.iis in eodem Statuto expressis spectare ad collationem dicti R.di Cap.li, Canonicosq. ipsius Eccl.iae respective prout illis in partem fuerint concessae habere jus praesen.di ad eas; visa quoque concessione, sive assignatione dictae Eccl.iae S. Joannis Bap.tae facta p. ipsum R.dum Cap.lum eidem D.no Franc.o Novello cum facultate presentandi Sacerdotem ad illam cum pro tempore vacat: habitaque de praemissorum omnium observantia sufficienti, et legitima fide, et multis aliis intellectis et consideratis, quibus Nobis manifeste constat juspatronatus, et praesentandi ad praefatam Eccl.iam S. Joannis Bap.tae ad D.num Franc.um Novellum antedictum spectare, et pertinere: visis insuper aliis litteris Ill.mi Ducalis Domini N.ri diei 13. Novembris 1494. volentis et declarantis indulta et privilegia hujusmodi dicto R.do Cap.lo illesa conservari: volentesq. ut aequitati et justitiae convenit, ipsum D.num Franc.um Novellum ac praefatum R.dum Cap.lum in suis antiquis juribus et privilegiis hujusmodi, quae illesa semper fore volumus et declaramus, inviolabiliter conservari; auctoritate praefati Ill.mi Ducalis Domini nobis in hac parte comissa, committimus et mandamus, Venerabilem D.num Jo: Franc.um de mundis ad dictam Eccl.iam tunc vacantem p. obitum Venerabilis Presbyteri Joannis Justi, p. suprascriptum R.dum D.num Franc.um Novellum R.do Cap.lo Tarvisino presentatum, et p. ipsum R.dum Cap.lum in Eccl.ia prefata investitum, ad ipsius quoque Eccl.iae corporalem possessionem inductum, in ea manuteneri; imponentes omnibus et singulis dictae Eccl.iae Colonis et Affittualibus, omnibusq. aliis et singulis ad quos pertinet, ut ipso D.o Joanni Franc.o de Mundis de fructibus et redditib.s dictae Eccl.iae integre respondeant.

Lata, data, et pronuntiata fuit suprascripta sententia, et declaratio per antelatum Clariss:m D.num Potestatem et Cap.m sedentem in Camera magna Palatii ejus residentiae, et lecta ac publicata p. me Antonium Mustum ejus Cencll.m currente anno Domini 1499. Ind.e II. Die Sabbati XX. Mensis Aprilis presentib.s D.no Presbytero Franchino Praebendato Cath.alis Eccl.iae Tarvisinae, S. Vincentio Malapelle Notario et Cive Tarvisino S. Jeronimo Barnasino q.m . . .  
(*la frase continua sul margine sinistro, di traverso*) q.m S. Nicolai de Bassano habitatore Tarvisii, Testibus rogatis, et aliis: ac praesente, audiente et instante praefato R.do D.no Franc.o Novello interveniente nomine suo, et R.di Capituli.

(- carta 197. tergo)

**ex Lib. Q. Nigro** c. 116. t.o.

Litterae scriptae R.mo D. E.po super Substitutis.<sup>7</sup>

Re.mo etc. Credevemo non dover più molestar V. S. R.ma per il breve Lei mandò per li Substituti dela Jesia, per vigor del qual el rev.o Vic.o vole lui esser quello che habia a metter et rimover li Substituti; Contra la forma de n.ri Statuti, et observantia di quella. La qual cosa ha mai voluto far V. S. R.ma.

Più volte li habiamo fatto intender ch'esso Breve non è fatto per torre ordine o consuetudine n.ra alcuna, ma più presto per aiutar et darne favor, ad far che la jesia habia el suo dovere. Perché sel Capitolo ha facultà de instituir, admitter, et aprobar li Prebendati, molto mazormente deve haver de admitter et approbar li Sostituti Loro. Et sel fusse sta narrato a la S. de n.ro Signor, questo esser officio del Cap.lo, sua Santità non haveria voluto tuorli alcuna sua iurisdiction. . . .

<sup>7</sup> (*come sopra*) 1526. 7. Jul.

Et la clusula approbatoria di V. S. R.ma o del suo Vic.o li è acciochè niuno venghi ne la Diocesi senza sua licentia, et che non siano admissi se non sono idonei, per non li esser cui habi cura de le giesie loro, come hanno le Cathedral.

Li habiamo fatto intender cum ogni humanità, chel Cap.lo non admetterà niuno, che prima non habi licentia da Sua Sig.ia de officiar per la Diocesi, et credendo si satisfacesse di questo, non lo habiamo scritto a V. S. R.ma.

Però suplichiamo a quella, vogli gerar cum el suo R. Vic.o, usi quella dolceza et amorevoleza verso il v.ro Cap.lo che quella istessa ha sempre usato; perché altrimenti ogni obediencia et libertà de la ditta giesia saria nulla: per esserli de le discoli, quali se per questo mezo di privar et rimetter fusse levato al Capitulo, seria del tutto privo di reputazione apresso d'ognuno.

Qual'a la bona gratia d V. S. R.ma humilmente se racomanda, aspettando secondo el consueto di quella gratiosa et benigna risposta.

Ex Tarvis. septimo julii 1526.

F. D. V. .... R.mae (?) Boninus de Boninis Decanus et Canonici Cap.lum Tar.

**Ex eodem Lib.** c. 153. (*verso sinistra*)

Pro Residentibus tempore pestis

1529. Die Jovis 2. Sept.s in Cath.li Eccl.a. Citato R. Cap.lo de mand.o R. D. Augustini de Vonico Decani per citat. pbr.i de Venetiis, et Congregato in Sacristia parva, in quo interf.t R. d. Decanus cum multis aliis etc. preter d. Marinum Lambertum Primicerium, et d. Hier. Locatellum, qui citati remiserunt voces d. Bernardino de Aliotis, qui citatus non venit.

Volens ipse d. Decanus opportunis remediis providere, ne Ecclesia penitus cultoribus vacua remaneat, et in ea divinum non intermittatur officium, praesertim instante Epidemia pestis; ut clerici libentis veniant ad officia ipsius Eccl.ae, et perstent in Laudibus divinis; propterea statuit et ordinavit, quod omnes Mansionarii et praebendati qui interfuerint in officiis ipsius Eccl.ae tam diurnis quam nocurnis, lucrentur dimidium de plus quam lucrari soliti sint, per totum Mensem Sept.s et similiter substituti lucrentur de Distributionibus dicte mense Equaliter dimidium quam solent lucrari . . .

(*continua a lato, in margine sinistro*) Praebendati per dictum Men. Sept. . . .

(*riprende nella pagina*) Et hoc intelligatur tam de beneficiatis, quam de substitutis qui actualiter deserviant et laborent, et se exercentur in canendo et celebrando divinum Officium.

Insuper quia Mansionarii et Praebendati habentes pingues redditus se retrahunt ab inseriendo, postposito Dei timore, qui non solum corpus, sed animam potest occidere et mittere in gehennam; vult et ordinat, quod per totum diem Lune proxime sequens se personaliter conferant ad deserviendum in dicta Ecclesia, aut eidem per totum mensem presentem faciant deservire per Substitutum idoneum, sub poena pecuniaria sol. X. pro quolibet dies eisdem auferenda, et residentibus distribuenda. Quas nisi statim quam incurrerent, p.solverint, nullo modo fiant praesentes per reliquum anni tempus; et contra eos per R. Cap.lum procedi possit secundum Statuta ad alias censuras et penas, presentibus ven. d. Pbr.o Barth. de Rido, et d. p. Gaspero Soprano.

